

1. JOLLY OLD SAINT NICHOLAS

1. Laetus Sanctus Nicholaus
Aurem tende huc.
Ne dicas ulli vivo
Quid dicturus sim.
Vigilia proxima
Nunc care senex,
Me dicas quid mi feras,
Mi dic si potes.

2. Media nocte facta
Somno sopitus,
Per compluvium atrum
Rebus paratis,
Tibialia cuncta
Iam in ordine,
Meum erit minimum
Sine dubio.

2. UP ON THE HOUSE TOP

1. In summo domi cervi stant,
Ecce Bonus Nicholaus
et per compluvium cum nugis
Pro pueris et puellis.
Chorus:
Sit, sit, sit, Quis non it?
Sit, sit, sit, quis non it?
In summo domi crepitus
Per compluvium venit Sanctus.

2. Primum tibiale parvulae,
Care Sancte, id comple.
Pupam ridentem et dolentem
Da oculos et habentem.

3. Et tunc tibiale parvulo,
Quam multum iam videto.
Malleus necnon clavus tenax
Sphaera et flagellum minax.

3. O CHRISTMAS TREE

1. Ecce arbor huius noctis
Folia numquam mutant
Viridia in aestate,
Et etiam in hieme.

2. Necnon aestatis tempore
Rami lati et virides,
Sed etiam floret nive
Cum terra alba hieme.

3. Narrat nobis de custode
Et angelorum carmine,
De Infante in praesepe
Est legendum mirabile.

4. WHAT CHILD IS THIS?

Qualis puer qui in Mariae gremio
nunc dormit?
Quem angeli nunc salutant
dum pastores vigilant.

Ille est Christus Rex quem
Pastores et Angeli currunt ad
laudandum Filium de Maria.

5. O COME, ALL YE FAITHFUL

Adeste, fideles, laeti triumphantes
Venite, venite in Bethlehem.
Natum videte Regem Angelorum,
Chorus:

Venite, adoremus; venite, adoremus;
Venite, adoremus Dominum.

2. En grege relicto, humiles ad cunas
Vocati pastores appropierant.
Nosque ovanti gradu festinemus.

3. Aeterni Parentis Splendorem aeternum
Velatum sub carne videbimus:
Deum Infantem, pannis involutum.

6. WHITE CHRISTMAS;

Diem Christi album somnio
Persimilem praeteritis.
Ub(i) arbores nitent
Natique ardent
Nolis trahae niveis.
Diem Christi album somnio
Ut in omni charta scribo
"Dies sint festivi tibi,
Et festa nivalia Christi."

7. RUDOLPH, THE RED NOSED REINDEER

Adsunt Ruens et Saltans
Exsultans et Rixans,
Comans, Cupidus,
Tonans, Fulguransque,
Sed quid de illo praeclaro
omnium cervo?

Rudolphus, cervus nasum
rubicundum habebat
Quem si videre possis,
elucere referas.

Ludificare cervi,
deridentes solebant,
Neque sinebant eum
comminus colludere.

Ecce dixit Nicholaus
pridie Festum:

"O Rudolphe, nocte hac,
visne traham ducere?"
Quam tunc iucundus fuit,
cervis iubilantibus.

"Rudolphe," tunc dicebant:
"Notus eris posteris."

8. SILENT NIGHT

1. Silens nox, sancta nox,
Placida, lucida.
Virginem et Puerum
Dulcem atque tenerum
//Somno opprime.//

2. Silens nox, sancta nox,
Angeli nitidi
"Alleluia" concinunt.
Nunc pastores metuunt.
//Christus natus est.//

3. Silens nox, sancta nox,
Candida, splendida.
Fili Dei facies
Nobis praebet novas spes;
//Christus natus est.//

9. O LITTLE TOWN OF BETHLEHEM

1. O parve vice Bethlehem,
Quam tacitus iaces!
Super somnum stellae tuum
Volvuntur silentes.
Sed noctis in tenebris
Aeterna Lux splendet.
Iam temporum spes omnium
Curae in te manent.

2. Nam Christus ex Maria
Natus, et in caelo
Sunt congressi cum Angeli
Amore cum pio.
O stellae matutinae
Cantate caelitus!
Deo sint laudes insignes
Et pax hominibus.

10. JINGLE BELLS

1. Nives, glacies, nox pueritia!
Risus decet, nunc decent carmina!
Laetos iuvat nos ire per agros.
traha fert velociter, et cachinemus nos.

Chorus:

//Tinniant, tinniant tintinnabula.
Ludus est equo trahi in curru aperto.//

2. Me nuper miserum temptavit lunae lux.
Assidebat mihi puella facta dux!
Vecti subito in nivis cumulos.
Caballus est perterritus et tunc eversi nos.

3. Solum scintillat, nive candidum.
Repetatur nunc concentus carminum:
Canities absit morosa omnibus!
Puellulas cum pueris delectat hic cursus.

11. HARK! THE HERALD ANGELS SING.

1. En canentes Angeli,
"Gloria Regi, Infanti;
Pax in terra, et Deus
concors cum mortalibus."
Laeti, omnes populi
Cum caelestibus iuncti,
Praedicate "Nunc Christus
Est in Bethlehem natus."
Chorus:
En canentes Angeli,
"Gloria Regi Infanti."

2. Adoratus caelitus,
Christus, semper Dominus.
Serius advenit spe
Genitus a Virgine.
Carne tamquam obsitus,
Homo ex Deo factus,
Volens ut par sit honos,
Commoratur inter nos.

12. GOOD KING WENCELAUS

1. Sanctus Wenceslaus rex
Stephani ad festum.
Agrum vidit nivibus
Gelidis congestum.
Vidit pauperem sibi
Ligna colligentem.
Qui sub luna splendida
Sensit se frigentem.

2. "Affer carnem, vinum fer,
Lignum afferamus,
Ut nos illi pauperi
Cenam praebeamus."
Rex et puer prodibant
Animo aequali,
Vento flante acriter
Tempore brumali.

13. DECK THE HALLS

Aquafolia ornatis,
Fa la la, etc.
Tempus hoc hilaritatis
Fa la, la, etc.
Vestes claras induamus
Fa, la, la, etc.
Cantilenas nunc promamus.
Fa, la, la, etc.

14. JOY TO THE WORLD

Laetissimus accipiat
Iam mundus Dominum.
Dum omnia in corda nos
//accipimus Illum.//

15. GOD REST YOU MERRY GENTLEMEN

Salvete, laeti comites,
Nihil vos terreat.

Nam Jesus Christus natus est
Ut omnes redimat,

Et in Satanae semitas
Errantes reducat.

O nuntium gratissimum,
gratissimum.

O nuntium gratissimum.

16. WE THREE KINGS OF ORIENT

Orientis reges tres,
Procul dona portantes
Per campos et montes imus
Post stellam sequentes.

Chorus:

O, Stella potens et mira,
Stella regalis pulchra,
Semper movens ad occasum
Duc nos ad claram lucem.

Melchior:

Infans nate Bethlehem.,
Portamus hanc coronam,
Rex aeterne, sempiterne,
Domine terrarum!

Casper:

Tus Sabaeum Tibi fero,
Tus dignum magno Deo;
Te laudantes et orantes
Colimus in Caelo.

Balthasar:

Myrrham fero amaram,
Circum te fumat caligo,
te languentem et gementem
condit(um) in tumulo.

Reges:

Clarus surgit, O specta!
Deus, Rex, et Victima.
Alleluia, Alleluia,
Canunt caelum terra.

1. AMICIS PALUDIS TUIS
(Be kind to your web-footed friends)
Amicis paludis tuis
Telepeditis esto benignus.
Sit etiam mater anas
Ubi semper est humiditas.
Putasne hoc finem esse?
Ita est.

2. IN SUMMO FUMOSI
(On top of Old Smoky)
In summo fumosi, in nive stabam
Propter tardum petendum perdidit amatam.

Petere est placens, discessus dolor,
Sed amata inconstans quam fur valde peior

Quia fur spoliabit thesaurum tuum,
Sed amata inconstans ducet te in humum.

Mendacia tibi narrabit plura
Quam in coelo sunt stellae, aut in
mari aqua.

3. CLEMENTINA
(My darling Clementine)
Petens aurum habitavit
Senex fossor cavernam.
Clementina fuit nomen
Quod vocavit filiam.
Levis fuit sicut fata,
Arca piscium fecit
Soleas commodas quibus
Pedes suos vestivit.
Chorus:
Clementina, Clementina,
Clementina si cara,
Es perdita in aeternum,
Mecum est miseria.

Anaticulas eduxit
Mane prima ad aquam:
Propter lapidem sub pede
Cecidit in rivulam.
Bullas labiis in aqua
Clementina inflavit;
Quia fui non natator,
Clementina submersit.

4. QUAERE ME SANCTO LUDOVICO
(Meet me in St. Louis)
Si tu Sancto Ludovico
Vis me cernere,
Quaere Expositionem
Splendentem luce.
Cum saltamus Hutsi Cutsi,
Ero tui Tutsi Vutsi.
Sancto Ludovico, Ludovice,
Ergo quaere me.

5. IN VIA FERRI LABORAVI
(I've been working on the railroad)
In via ferri laboravi, diem de die.
In via ferri laboravi, tempus sic
conterere
Fistulaene sonum audis: "Surge est
prima mane?"
Ducemne audis iubentem Dinam cornu
canere?

Dina nonne vis, Dina nonne vis,
cornu tuum ut sones?
Dina nonne vis, Dina nonne vis,
cornu tuum ut sones?
Aliquis est in culina,
Verum esse hoc scio.
Aliquis est in culina,
Quia auditur banjo, et cantat:
Fi, fai, fideli-ai-o, Fi fai, fideli-
Fi, fai, fideli-ai-o,
Cantat is in hoc modo.

6. AD ME SI BIBIS
(Drink to me only with thine eyes)
Ad me si bibis oculis tuis
Tum bibent ad te mei.
Si basium in calicem ponis
Egebo nihil vini.
Cum sitio in anima,
Egeo potus divini.
Sed nisi nectar Iovis bibam,
Sat nectar tuum mihi.

7. IN OPPIDO TABERNA STAT
(There is a tavern in the town.)
In oppido taberna stat (taberna)
Et ibi is qui me amat (me amat)
Sedet vinum cum laetitia bibens,
Memoria me non tenens.
Mihi ire est necesse,
Sed nolite tristes esse,
Dicunt "vale" etiam amici optimi.
Amici mei valete: (valete)
Quod non iam possum manere (manere).
Lyram meam super salicem pendam;
Det vobis mundus fortunam.

8. HOROLOGIUM AVI
(Grandfather's Clock)
Horologium avi in domo stabat,
Horas monstrans per annos ei.
Altitudine maius quam ipse erat,
Gravitate autem aequali.
Pro eo emptum est illa die natus est
Honoratum est semper ab eo.
Sed cessavit horologium, sene mortuo
Numerator horarum, sic:
Tic, tac, tic, tac, dierum suarum si
Tic, tac, tic, tac.
Sed cessavit horologium, sene mortuo

9. Borealis Splendens Sum.
(I'm a Jankee Doodle Dandy)

Ego Borealis splendens,
Qui vult facere aut mori.
In Die Libertatis natus sum;
Nepos sum Sam Avunculi.
Et similis dilecta mea
quoque est et gaudium.
Equitare voluit ad oppidum in cursu.
Patriae amans ego sum.

10. Bicyculum pro Duobus.
(Bicycle built for Two).

Amarynthis vere mihi sponde.	amorem mei.
Semidemens quod ego amo te.	Nisi adfu-
Simpliciter, sine raeda,	erit raeda,
Tu eris uxor laeta.	numquam
Abibimus in sedibus	erit taeda.
Pro duobus bicyculis.	Nam confun-
	dar, si

11. Rei Publicae Hymnus Pro
(Battle Hymn of the Republic)

Adventientis Domini spectavi gloriam.
Iracundiae exprimit uvas in vindemiam.
Vidi terribilis gladii fatalem
fulgorem.

Procedit veritas.

Chorus

Gloria et alleluia,
Gloria et alleluia,
Gloria et alleluia,
Procedit 1. veritas! 2. Dominus!

Christus innocens pro omnibus est
natus trans mare.

Ut sanctificavit homines per mortem
in cruce!

Libremus moriende fratres homines
quoque.

Procedit Dominus! (Chorus)

12. Procedite, Milites Christi.
(Onward, Christian Soldiers)

Procedite, milites Christi in bellum.
Jesu crux praecedit vos in proelium.
Contra adversarium Christus vos ducit;
Magistri regalis, ecce, vexillum prodit.

Chorus:

Procedite, milites Christi in bellum.
Jesu crux praecedit vos in proelium.

Movet sic ecclesia, potens vis Dei.
Vadimus quo, fratres, vaderunt
sancti.

Indivisi sumus, fide solidi;
Credendis et agendis signis Catholici.

13. Domus in Prato
(Home on the Range)

Da domum mihi ubi sunt bubuli;
ubi cervus et dorcas ludunt;
Et deterrentia audis raro verba,
et obrubili caeli non sunt.
Domus in prato ubi cervi et dorcas ludunt;
Et deterrentia audis raro verba,
Et obrubili caeli non sunt.

14. Valles Fluminis Rubri.
(Red River Valley)

Ab hac valle dicunt nos abire,
Requiremus et risum tuum.
Aufers tecum in oculis tuis
Nostris solis ipsius radium.

Si diligis me, juxta me sede.
Properareque abhinc noli.
Vallis Fluminis Rubri memento,
Armentarique fidi tui.

15. Saeculorum Petra
(Rock of Ages)

Saeculorum Petra, Tu,
In Te celem me Jesu
Sint remedia mea
Sanguis tuus et aqua
Qui a Tuo latere
Fluunt ut redimant me.

Dum respiro hodie,
Cum cras venit mors ad me,
Cum postea Te specto
Super thronum in coelo,
Saeculorum Petra, Tu,
In Te celem me, Jesu.

16. Inredientibus Sanctis
(When the Saints go Marching In)

In vestigiis eorum qui nos praecesserunt
Erimus mox apud chorum omnium qui salvi
sunt.

Inredientibus Sanctis, ingredientibus
Sanctis,

Volo hiscum numerari ineuntibus Sanctis.
Cum splendens Dei sol lucet, Cum splen-
dens Dei sol lucet

Volo hiscum numerari qui illuminati sunt.

Hic mundus non manebit cum tribulis suis
Revelabitur cras Deo mundus novus pro no-
futurum mundum exspecto, futurum /bis
mundum exspecto
Cum sonat tuba ultima, cum sonat tuba ult/
Volo hiscum numerari qui audiunt hanc t
tubam.

17. Terminat nunc dies.
(Now the Day is Over)

Terminat nunc dies;
Nox appropinquat.
Umbra vespertina
Coelum obscurat.

Tenebrae colligunt;
Apparent stellae.
Dormiant mox aves
Flores, bestiae.

Requiem suavem,
Jesus, da fessis.
Benedicas nobis,
Oculis clausis.

18. Carmen Wiffenpufforum.
(The Wiffenpoof Song).

Ad tabernae mensas Mauri
atque Cancellorum caros,
Ludovici apud diversorium.
Tollunt Wiffenpuffi
Cantantes eorum pocula,
Facientes de canticis magicum.
Vere, magicum antiquis
in carminibus manet:
"Adelina Dulcis, et Clementina."
Cantemus ad Ludovicum
dum vita maneat;
Tunc peribimus obliti postea.
Relicti nos agnelli miseri, Balamus
Erravimus sicut agni atri, balamus.
Virri cantantes ebriosi,
Damnati nunc, et in aeternum.
Veniam da nobis, Domine, balamus.

19. Oppugnavit Josue Jericho
(Joshua Fit de Battle of Jericho)

Chorus:
Oppugnavit Josue Jericho, Jericho,
Jericho.
Oppugnavit Josue Jericho,
Corruerunt tum muri.

De Gideonis viris,
De Saulis agmine,
Si narres, nemo fortior est
Quam ad Jericho Josue, in mane.

Usque ad muros Jericho
Venit cum gladio,
Sonate tubas fortiter
Dixit: "Vincam in pra elio, hoc/
/mane."

Cum tubae sic sonarent,
Potestas Domini,
Adjuvit ibi Josue,
Corruerunt tum muri, in mane.

20
(Lomonderry Air)

Ut essem mali flos qui, vento plectus,
De summo ramo arboris cadit
Et latet languens super tuum pectus
Sericum pectus, sicut iste decedit.
Ut Deo verterer in parvum malum,
Quod carpis inconsulte cum transis,
Dum sol et umbra lucent linum album,
linum si Album tuum et aurum crinis.

Daniel puer, sonant cornemusae
De vallibus, de montibus altis.
Mortuae sunt aestas et totae rosae,
Mortuae hic, sed tu, tu tamen abibis.
Reverendas cum aestas est in pratis,
Vel cum integuntur valles nive.
Quia hic ero, sole aut tenebris.
Daniel puer meus, amo te valde.

21. In Die Joannis Reditus.
(When Johnny Comes Marching Home Again)

In die Joannis reditus, eja, eja.
Cum eo erit exercitus eja, eja!
Accommodabitur toto populo
in civitate cum gaudio.
Cum Joannis venit, nos omnes laetabimur.

Paretur nunc jubilatio, eja, eja!
Et exsurgant clamores tunc, eja, eja!
Coronemus eum laureis,
qui fidus erat in proeliis.
Cum Joannis venit, nos omnes laetabimur.

22. Ardet Caledonia
(Scotland's Burning).

Ardet, ardet Caledonia
Cave! Cave!
Flammae! Flammae!
Funde aquam, funde aquam.

23. Barcam Remiga
(Row, Row, Row, Your Boat).

Barcam remiga
lente in aqua
Hilare, hilare, hilare, hilare,
Somnium est vita.

23. Tres Caecae Mures
(Three Blind Mice)

Mures tres, mures tres,
Caecae currunt, Caecae currunt;
Sequuntur sponsam agricolae, Ab ea
abscissae sunt caudulae;
Est plenius nihil stultitiae quam mures tres

24. Frater Dormisne
(Are you Sleeping?)
Dormisne, O Frater, frater
Jacobus, Jacobus?
Sona matutinum, sona matutinum,
Din, din, dan; din, din, dan.

25. Mecum Mane
(Abide With Me)

Mecum mane, quod advenit vesper;
Tenebrae crescunt; mane Domine!
Cum adiutores fugiunt a me,
Fusillorum Adjutor Tu, mecum mane.

Mecum mane, per singulas horas.
Tentator pavet gratiā Tuā!
Quid nisi gratia conduct me?
Per nubem, per solem, mecum
semper mane!

26. Est Vere Socius Bonus
(For He's a Jolly Good Fellow).

// Est vere socius bonus ///
// Quod nemo negare potest ///
// Est vere socius bonus ///
Quod nemo negare potest.

27. Post Saltationem
(After the Ball is Over)

Finita est saltatio,
Aurora propinquat;
Abiunt saltatores
Stellas sol obscurat.
Perdolent multa corda
Nobis incognita.
Vanescunt spes, cum saltatio
Est finita.

28. In Aestate Antiquā
(In the Good Old Summer Time)

In aestate antiqua,
In aestate tam bona,
Vadis cum amica in viā umbrosā.
Conjunctae manus vestrae sunt,
Haec res felicissima
Significat Quod te amat,
In aestate antiqua.

30. Sara Frivola (Frivolous Sal)

Vocata est frivola,
Singularis virgo Sara.
Bona socia fuit:
E corde effudit Mollita.
In dolore et in cura,
Fuit particeps mea.
Quasi Caemonia, Sed recta in via,

31. Semitae Novi Eboraci
(Sidewalks of New York)

Dum cantarent urbis parvuli
"Circumcingamus rosis,
Ruit Pons Londinii,"
Virgines saltabant
Simul cum Pueris.
Et mecum ludunt in Novi Eboraci semitis.

32. Te Cano, Patria
(My Country, 'Tis of Thee)

Te cano, Patria, candida, libera;
Te referet portus et exilium
et tumulus serum;
libera montium vox resonet.

Tutor es, unicus, unus avum Deus!
Laudo libens. Patria luceat,
libera fulgeat, vis tua muniat,
omnipotens.

33. O, Potestne Cerni
(Oh, Say Can You See)

O, potestne cerni, profulgente die
salutatum signum circa noctis adventum.
Lati clav(i) et stellae, decertant(e)
acies,
glose cingunt oppidi munimentum!
Iaculumque rubens, globus sursum rumpens
per noctem monstrant vexillum fulgens.
Stellatumque vexillum volans tegit nos,
Patriam liberam fortiumque domum?

Vix in ora maris visum per tenebras,
hostis ubi castra tacitus collocavit,
quid est hoc quod ventus, montis per
latebras
volitans explicat, rursus et complicavit?
Et cum sol eminent, dulce signum ridet
maris mox in puro speculo se videt.
Stellatumque vexillum diu protegat nos,
Patriam liberam fortiumque domum?

O, sic esto semper, manus si libera
arcet a patria belli vastationem!
Triumphante pace patria prospera
Dann laudet qui nos statuit nationem!
Nostra victori(a) est, quanda causa
just(a) est.

Haec nostra sit vox: Deus salus nostr(a)
est.
Stellatumque vexillum triumphans teget
nos,
Patriam liberam fortiumque domum

34. Mica, Mica, Parva Stella
(Twinkle, twinkle, little star

Mica, mica, parva stella,
miror, quatenam sis tam bella;
super terra parva perdes
alba velut gemma splendens.

Chorus:

mira, mica, parva stella,
miror, quatenam sis tam bella.

Quando fervens sol discessit,
qui die natos lacescit,
mox ostendis lumen parum,
micans, micans per obscurum.

Tibi noctu qui vagatur
ob scintillulam gratatur;
ni micares tu, non sciret
quas per vias errans iret.

35. Sancta Lucia

Stell(ae) in mari lucent
instar argenti,
placid(a) est aqua,
lenes sunt venti.

Venit(e) ad agilem
barcula m meam!

Chorus:

Santa Lucia, sancta Lucia!

Flant(e) isto zephyro
ita suavi,
o quam est pulchrum
versar(i) in mari.
Amici mei, venite cito.

Dulcis Neapolis, solum beatum,
ubique ridet ager et pratrum;
ubique regnat concordia pura.

Sed cur cunctamini pulchra hac hora?
Flat aura lenis, amoen(a) ab ora.
Venit(e) ad agilem barculam meam.

36. Anna Laura (Annie Laurie)

Cadebat in amoenam
ros vesper(e) in vallem,
cum Anna Laur(a) aeternam
promisit mi fidem;
promisit mi fidem, nec deerit mihi.
Et venusta pro puella paratus sum
mori.

Os ejus aequat rosam,
cervice nivea it,
fugilemque tam formosam
sol numquam conspexit;
eo numquam conspexit. sunt caerulei

37. Amata Est Trans Oceanum.
(My Bonnie Lies over the Ocean)

Amata est trans oceanum,
non est iam amata domi,
amata est trans oceanum,
reddatur amata mihi.

Chorus:

Reddas, reddas, reddas amatam mihi, mihi

O venti, per flat(e) altum mare,
perflate vadum omni vi,
o venti perflat(e) altum mare
reddatur amata mihi.

Noctu cum in lecto iacerem,
jacebam mente gravi
noctum cum in lecto iacerem,
carissim(a) est visa mori.

Et venti flavere trans mare,
trans aequora flarunt venti,
et venti flavere trans mare,
amat(a) est relata mihi.

38. Præteriti Sunt Dies Beati.
(Gone are the Days)

Præteriti sunt dies beati,
sunt amici cari mei translati
terra de hac pulchriorem in locum.

Chorus:

Audis(e) eos vocare senem Josephum.
Festino, festino, capite iam demisso.

Quare fleo dolor(e) absent(e) omni?
Cur lamentor amicos quos amisi
et cupio perditum præteritum,

Ub(i) animi liberi doloribus
et pueri tenui quos genibus
Adepti sunt litus mihi fatum.

39. Non Potest Ulla

Non potest ulla mulier amari
quam mea. Chloe amat me.
Nulla fides unquam repert(a) est in foedere
quantam in amore tuo recepi.
Chloe carissima, da mi mille basia,
Chloe carissima, dulce ridens.

Nulli se dicit nubere puella
malle quam mihi soli per orbem.
Dicit; sed puella quod dicit amanti
in ventis et aquis licet inscribi.
Chloe mutabilis, spe mea deceptus sum,
Chloe mutabilis, mori praefero.

40. Laudat Alauda Deum, sese tollens in al/
dum cadit in terram. laudat alauda Deum/tum